ACADEMIE ROYALE DE CHIRURGIE
26 N 32

N° 4

# Arcanum mirum ad Sanguinem Constringendum.

ACADEMIE NATIONALE DE MEDECINE BIBLIOTHEQUE

~~Observatio I.~~

Chirurgum novi qui crura et alia membra amputabat nullis ferri candentibus admotis et tamen Sanguinis impetum sistebat quasi incantamento, quare pro mago à nonnullis habebatur, et profectò ferri illius candentis admotio res horrenda est quare remedium — istud jam propalandum, non parvi momenti esse debet nec mihi parva gratia pro ejus revelatione debetur. Alumen Solum est cujus terundulas faciebat sed illud atramento vel aliis rebus tegebat ne agnosceretur, et post membrorum extirpationem eas in magnarum venarum orificia intrudebat quantum poterat, deinde Spleniis multis admotis et

ARC 32 d.1 n°4

pulveribus adstringentibus omnia ei fœliciter
et absque ullo unquam pravo Symptomate
Succedebant, curaque jucundius facilius
et cum minori dolore fiebat. Sic fuit
alius qui venæ brachii Sanguinem sistere
non poterat, quam ego imposito alumine
constrinxi statim.

0